

10 (inserto in n. 12)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

10 (inserto in n. 12)

1431 aprile 3, Roma apud S. Petrum

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Dudum felicitis recordationis Martinus papa quintus, predecessor noster, dilectis filiis magistro et conventui Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani certas literas gratiose concessit, quas et in eis contenta nos considerantes concessionem huiusmodi rationabilem et honestam pro conservatione religionis et fidei christiane auctoritate apostolica ex certa scientia harum serie approbamus et confirmamus earumque tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, prout inferius continetur *cf. n. 8* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis // (217v) et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc actemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadrigentesimo tricesimo primo tertio nonas aprilis, pontificatus nostri anno primo.